

ORNATISSIMO
VIRO, PIETATE, ERV-
ditione, & magna rerum experien-
tia præstanti, Conrado Gesnero, ar-
tis Medicæ doctore, amico suo
longè charissimo, Ioan-
nes Kentmanus Dref-
densis Medi-
cus S.



*P*roximis meis literis quas 22.
die Decembris, Anni elapsi
1563. ad te dedi, petivi abs
te, vir eximie & amice di-
lecte, moram tantisper face-
res edendi eius libri, quem de Lapidibus atq;
Gemmis parabas, eiusq; ad me dederas speci-
mē, donec alteras à me acciperes, quibus cum
aliquid quod addendum (meo iudicio) nō in-
commodè putarem, missurus essem.

Eius igitur petitionis hanc habui causam, quòd cum eo in libello vidissem, varios atque diuersos abs te pingi describiq; lapides, quos in terra generari & crescere constaret, non

Aa 2